

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Solemnitatem Pentecostalem digne celebrandam, Cives Academicos sedulo hortatur

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734614888>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1639.

- 1) Johannes Husweddel
2) " " "
3) Johannes Bothmann
4) Edictum contra Schorister
5) " - - - - et leges.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734614888/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734614888/phys_0002)



RECTOR

357

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Doctor &
Professor.

**AD SOLEMNITATEM
PENTECOSTALEM**
dignè celebrandam.,

Cives Academicos sedulò hortatur.



ROSTOCHII,
Literis NICOLAI KILII, Acad: Typ:
Anno M DC XXXIX.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
JOHANNES COTHMAN
S.S. Theologiae Doctor
& Professor.

Beneficiorum pijs in hac misericordiarum valle à Deo propitio concessorum ultimum non est gratia spir. S. in cordibus credentium inhabitatio , quæ causa est, pios spiritus S. templum in S. literis appellari. Dignitas hæc sicut magna est, ita id agendum sedulo, ne quisquam dignitate hac propria ipsius culpa privetur. Juxta Bernhardum enim sermone octavo de cæna Domini: hunc Spiritum veritatis viri impij & mendaces accipere non possunt. Omnes n. qui habent manus pollutas, non dico carnis sed mentis, non stercore cæni sed foetore delicti. cum tam mundum , tam splendidū , tam gloriosum, non valent capere, non possunt tenere , nequeunt possidere. Hunc mundus non capit, hoc est mundanus, mundi cultor, mundi amator. Amatorem mundi odit Spiritus Christi. Ab illo fugit, quem aliud nisi seipsum amare cognoscit. Ita vult amari , ut nihil aliud præter ipsum ametur, perfectè vult amari quia solus

4

solus vult diligi: non vult consortem habere in amo-
re, qui parem non habet in dilectionis retributione:
& tamen sic vult amari, ut cunctæ res simul amentur
cum ipso & sic vult amari, ut nihil præter ipsum a-
metur. Hunc capere non meretur qui scabiem ul-
cerosam habet in pelle: nec eum videre jam valet, qui
in occulto mentis albuginem habet. Mundandus
ergo oculus mentis, ut mereamur videre Spiritum
veritatis, & testa igni examinata diutius ab omni
scabie radendum est corpus: ut omni arte exsculptū
& benè politum Spiritus S. mereatur effici templum.
Huc usq; verba fuerunt S. Bernhatdi, quæ si sensum
respiciamus, nihil aliud inculcant, nisi hoc: Spiritum
S. non habitare in corpore peccatis obnoxio ac dedi-
to, quando scil. interioribus affectibus, pravis &
inordinatis concupiscentiis frenum laxatur, ut non
amplius sese intra cordis latebras contineant, sed pa-
lam in externos actus & manifesta opera erumpant.
Ut autem eo dilucidius quibus imprimis operibus &
peccatis Spir. S. in specie expellarur constet, catalo-
gum ex Epistola ad Gal. Paulinum immediato Spi-
titus S. impulsu nobis relicturn breviter percurrem⁹.
Primo loco ponit scortationem. Deinde immun-
ditiam sive impuritatem. Tertio lasciviam. Peccata
hæc recensita, sextum imprimis respiciunt præceptū,
quo facta adulterij libidinis specie crassissima men-
tione, omnis incontinentia, ac pravarum libidinum

G 2

flam-

flammeæ prohibentur. In catalogo vero Apostolico non primi intelliguntur affectus illiciti, quibus virtute Spiritus S. homo renatus resistit, imo ex animo saepe dolet tantam sibi suisq; membris inhærere, immunditiem, ut castissima mente omnem impuritatē excludente, Deum benedictum in secula, omnis castitatis amantem, colere nequeat: sed ista hominum in continentium procacitas ac petulantia intelligitur, cui homo Spiritu S. carens, tantum abest ut resistat, ut potius illa delectetur & eidem suaviter indulget, occasiones libidinem exercendi querat, ac quandoq; oblatas avide arripiat. Nullam neq; Dei neq; conscientię, habens rationem. Et hac in parte imitatur mulierem ejusdem ingenij, de qua Salomon ait: comedit deinde abstergit os suum, dicendo: non sum operata iniquitatem. Quotquot ergo ita animati sunt, templum Spiritus S. Prophanant. Proinde ejusdem quamdiu tales manent, participes esse nequeunt. Qui enim est membrum scorti, quomodo ille membrum esse posset Christi, & inhabitantis Spiritus S. templum? Quæ enim concordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum infidelis? Porro in catalogum operum Spiritum S. excludentium, refert Apostolus simulacrorum cultum, non antem intelligit solum, crassam illam gentilium idolomaniam à Paulo Rom. i, reprehensam, aut subtiliorrem ante hac in papatu & etiamnum usitatam, sed & subtilissimam illam idololatriam, quæ hodie sub ho-

4

nello parsimoniae prætextu , virtutibus à multis an-
numeratur. Quamvis propriè nomine avaritiae ve-
niat, de qua in concreto scriptura ait: avarus est si-
mulacrum cultor. Hoc vitio qui inquinatus est,
formam quidem pietatis habet, sed vim ejus abnegat,
quippe cum sit impossibile Deo & mammonæ in ser-
vire. Qui enim fiduciam habent in pecunijs, illi Ser-
vatore nostro teste, æque facile ingrediuntur regnū
cœlorum, ut animal illud gibbosum, quem camelū
Græce καμηλόν vocamus per forramen acus. Qui itaq;
Spiritus S. gratiosam sibi promittit inhabitationem,
vitium hoc angue pejus devitabir. Quintum Spirit.
S. excludens opus veneficium vocatur, quo ordinem
nostrum literarum, nullo modo pollutum arbitra-
musr, proinde ad sextum ab Apostolo enumeratum,
opus, ut & alia ejusdem generis accessum facim. vo-
cantur autem inimicitiae, lites, æmulationes, iræ, cō-
certationes, invidiae, cædes. Quæ septem recensita
vitia, licet inter se quodāmodo distinguantur, suisq;
peculiaribus actionibus & descriptionibus discri-
nantur; in eo tamen convenienter, quod quinto De-
calogi præcepto prohibeantur. Cum enī dicitur
non occides. Non tantum externa corporis læsio ,
aut membrorum mutilatio intelligitur, sed in gene-
re, ne quis proximum quacunq; ratione lædat inter-
dicitur. Sive id fiat interiorib; animi affectibus, sive
vultus gestu externo, additis maledictis , convitijs,

G 2

ob-

obtrectationibus, imprecationibus. Illud indicat
scriptura dicens: omnis qui odit fratrem suum ho-
mida est, & scitis quod homieida non habeat vitam
æternam in se manentem. Ad hunc operum carnis
spiritum S. excludentium catalogū, referendæ sunt
infestæ palladis alumnorum digladiationes, sive ver-
bis illæ fiant, sive externa violentia exerceantur. Et
mira est circa hoc vitium propagandum & conser-
vandum Diaboli versutia. Oritur inter studiosos lis
& contentio quæpiam, amicabili transactione tol-
lenda. Sed hæc tam efficax est in filiis inobedientiæ
Diabolus, ut non prius condonetur offensa, nisi ac-
cedente contra leges digladiatione, & nova ar-
morum pugna, qua sæpe fit, ut amicissimi se lætaliter
vulnerent, & quandoq; vita privent. Facta armorū
pugna, acceptis sæpe utrinq; vulneribus, tum demū
reconciliatio instituitur. Observate o studiosi ju-
venes hanc Diaboli technam, ne vos in cautos deci-
piat. Quod si enim ipsimet hæc jam dicta conside-
raveritis, non facile vobis Spiritus ille nequam im-
ponet. Quienam Diabolum novit, eundem non,
tam facile decipit. Quod si ergo lis quæpiam &
contentio inter vos oritur, hanc in ipsa herba; Chri-
stiani enim estis, & virtutum ac honestatis studiosi
supprimite; neq; novo addito monomachias pecca-
to aggravate. Quod illos facturos confidimus, qui
gratiosa Spiritus S. inhabitacione frui satagunt. An-
nume-

4

numerat quoq; Apostolus operibus Spiritum S. ex-
cludentibus, seditionem, quando manifeste excitantur tumultus, aut contra ordinarium magistratum, insurgunt subditi. Academia nostra ad tollendam schoristicam, aliosq; excessus enormes removēdos, nuper publico programmate Civibus suis, ut sibi ab ejusmodi operibus caverent mandavit. Quotquot itaq; æquissimo huic mandato obtemperabunt, tranquillam habent conscientiam, ac laudem merentur. Secus facientes & sub conventuum popularium per se non improbandorum prætextu, actus illos illicitos in conventiculis nationalibus, non sine Academiæ dedecore sæpe adhibitos, contra magistratus editum usurpantes, illi eo ipso maculam sibi hominum seditionum attrahunt, & conscientiam vulnerant, quæ licet ad tempus dormiat, certo certius tamen evigilabit, illa quidem hora, qua non putabatur. Proinde qui spiritum S. factis suis contristare non vult, nec seditionis audire amat, ille magistrati justa & æqua præcipienti obtemperabit. Claudit tandem Apostolus vitiorum spiritum S. expellentium catalogum, exprimendo ebrietates & commessationes. De quibus verbis B. Lutherus ait: Paulus non dicit: bibere & edere, opera carnis esse, sed in ebriari & commessari, quo nihil est hodie in his terris vulgatus. Qui isti luxui plusquam bestiali dediti sunt, sciunt se non esse spirituales, ut maxime tales se esse

esse glorientur, sed sequi carnem, & opera ejus perficere. Ideoq; audiunt horribilem sententiam, quod regni Dei hæredes non erunt. Hæc Lutherus. Qui ergo solemnitatem pentecostes rectè celebrare voluerit, vitium hoc; ebrietatem scil. omnium flagitorum matrem, ut ipsum Diabolum homines peccato hoc seducentem vitabit. Nemo se excusat vel consuetudine, aut vitio hoc sese polluentium multitudine. Nam multitudo errantium, errori non parit patrocinium. Et consuetudo mala peccatum non excusat. Si quis præsentia exactius secum considerabit tempora, homines nuditate cōsumtos, fame & inedia pereuntes, siti contabescentes, ut mortuis similiores vix ossibus hæreant, ille facile sibi ab ingluvie, gula ac crapula cavebit. Deus spiritu suo sancto corda nostra regat, ut sepositis operibus carnis, spiritum S. contristantibus & expellentibus, fructus spiritus sequamur, ut in charitate erga proximum, & erga erga Deum incedentes, tandem virtute Deicustodiatur per fidem ad salutem.

P. P. Rostochij
sub sigillo Universitatis, ipso die Pentecostes

Anno M. DC XXXIX.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734614888/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734614888/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734614888/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734614888/phys_0012)




atque debilitet, postquam semel ac iterum legum sancta & inviolata esse non possunt, nisi justo terstar, muniantur.

VII. Ac quoniam sapientis accident, ut qui nihil a excusent, ignorantiam culpis praetexere soleant, ictores, ut omnes, qui nomina sua profidentur apud numerum recipi postulant, sive jam primum accesse olim in iis vixerint alibi, non modo de hoc decreterantur diligenter, sed ut iudem religiosè promittantur menti Academicæ capita (prout recepta admittit ratione hanc sanctionem nostram molituros unquam aliqui alii ipsis hoc improbitatis genere molesti fuerint.

IX. Sed quia fieri potest, ut aliqui praepediti territi, officii sui obliviscantur, dandum negotium Pedellos appellare consuevimus, pro ea fide, quæ a Reipublicæ Academicæ sunt, inquirendi diligenterbras sceleræ, & quæ rurunt fallere) sicut in alias actiones penalisationes istas nefarias (nam quidni barbaræ barba ac monstrosa voce appellabimus?) ut protractbris, & justo rigore vindicentur.

X. Atque ut omnes viae aditus obsepiantur se, ac serpere latius tam pestilens malum possit, navis per ordinarios Magistratus Hospitalibus, Cauponis, quocunq; nomine venire possunt, qui in hujusmodi quæ non tantum necessitatib; corporis, sed crapulæ exterricatur seriò, ne procurare has comedationes, vice, aut adjuvare saltem quacunq; ratione sustineantur pensas, pretiaq; rerum, quæs præbuere, & arbitrariæ esse.

X. Porro cum infinitæ fraudes & machinæ si ritus insidiari bonis moribus solet, ac illud omne, honestatis rationem compositum bene ac ordinatum turbare assidue contendit; quod, extinctâ virtute omnipotentia impotens ubivis rerum potiatur, & cunctamq; ob caussam elaborandum sedulò sit, non tam compescatur improbitas, quam nunc præcipue nobis



impit. Quæ custodis in-

o pravè facta umbent Re studiorum nias, sive jam to admonera auctora- os contra nulaturos, si

terminando icis, quos & agistratui & fermè late- um; ira in- q; rem, bar- n è suistene-

os insinuare operam, ut bernariis, & it quæstum, erviunt, in etiam spe ros eos im- puniendos

vamille spi- justitiae ac llere ac dis- impietas ac confundat; modis hæc austam ob- scenam.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [REDACTED]